

Omnia leviora. Id addo: Exempli nostri Partes cum Scriptoris, tum Compactoris vitio trajectas esse, et ultima quaedam folia deperiisse.

## CCLIV.

R. 1993 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 214. 4. maj. per duas columnas nitide exaratus, minio distinctus, et olim *Domus Portae beate Marie virginis In axpach ordinis Cartusienfium prope Danubium*, in infer. *Austria* fequentia complectitur: I. *Biblia beate Marie Virginis*. Initium: *In principio creavit deus celum et terram. Gen. I. Celum f. empyreum per quod intelligitur domina mundi uirgo maria. Est enim fimilis celo multis de caufis. quarum una ponitur in byftoria. Empyreum enim quoniam cito factum est. ftatim difpofitum et ornatum est. quod non alij celi. fic et ipfa in gratia et fanctificatione. &c.* Ita excepto *Efdra, Pfalterio, Machabaeis, Actis et Epiftolis Apoftolicis* enotatur e facris *Literis*, quidquid adcommodari *Deiparae* poteft. Conclufio vero eft ejusmodi: *Hunc libellum ad honorem tuum qualitercunque compilatum benigne fufcipias. et omnia peccata mea diluas. Gratiam gratum facientem finaliter tribuas. et ad gloriam fempiternam me famulum tuum Martinum perducas. Amen. Tu quoque o lector quidquid in eo emendandum eft caritate fraternam ftudeas emendare. Emendemus ergo mox in hoc Epiphonemate rō diluere et tribuere, utpo-*

te quod foli Deo competit. Quis porro *Martinus* is, *Bibliothecae Marianaе Marraccii* addendus, fuerit, cum ignaris ignoro. Tō *Gratia gratum faciens* Scholafticorum *Seculum* refpicit.

II. fol. 38. p. 2. fequitur prolixa et gravis *Oratio ad Deum*, quae incipit: *Omnipotens et mifericors Deus qui effentialiter es bonus, cuius gratia preuentus homo fua peccata confiderat plangit et deserit &c.* et finit: *de te uiuentes et te benedicentes teque in perpetuum collaudantes Qui in trinitate perfecta uiuis et regnas Deus. Ad Soliloquia et Meditationes olim Auguftino adfcriptas, et ad Orationes Anfelmianas accedit.*

III. fol. 42. Incipitur *salutatio beate Marie virginis a fratre Chunrado compilata*. Initium eft: *Quoniam ut ait Jeronimus nulli dubium eft &c.* Ad calcem vero *Claufula* miniata habet: *Explicit fpeculum beate virginis*. Quid jam ftatuemus? Extat fub hoc *Titulo* inter *Opera Bonauenturae* edit. *Lugd. T. VI. p. 429.* totum hoc *Opusculum* priorem *Salutationis angelicae* Partem explicans; at nos a *Fratre Chunrado* didicimus *compilatum*. Et adftipulatur *Tribemius* in *Catal. illustr. Viror. Germ. f. 26. Conradum de Saxonia O. M.* inter alia *L. unum de Salutatione Angelica* fcripiffie teftatus, id, quod et ipfe *Waddingus* in *Biblioth. Ordinis* non abnuit. Nunquid conualefcit ab eo p. 75. relata *Julii Nigronii* fufpicio: *Omnia Opuscula fpiritualia, quae fine authore circumferreban-*

rebantur in Ordine Minorum, a pio Viro collecta data esse in lucem sub nomine S. Bonaventurae? Exemplar praesens Indice alphab. Rerum ad calcem instructum est. Marraccius in *Bibl. Mariana* v. Bonaventura perperam *Speculum B. Mariae suae de Laudibus Virginis L. 1. et de Laudibus B. V. in Salutationem Angelicam Libellum* distinguit, neque tamen etiam ab adferendo *Conrado* abstinet.

IV. fol. 88. *Liber*, ut e calce praeoccupo, *canticorum expositus ad laudem uirginis marie*. Additur alia aequae vetusta penna: *per sanctum thomam*. Initium est: *Osculetur &c. Que est ista exclamatio. tam magna. tam repentina. o beata maria. inundatio gaudij. vis amoris. torrens voluptatis. totam te operuit &c. et finis: deum unum viuum et verum. cuius regnum et imperium permanet in secula seculorum Amen*. Expositio *Thomae* in *Cantica* extat T. XIII. edit. Rom. 1570. f. sed ea ad B. V. *Mariam* detorta non est. Neque aliam norunt *Echardus* et *Quetifus*. Itaque *Commentario* praesenti hederam adpendit aut *Ignorantia*, aut *Spes adscito Aquinatis* nomine illum celebriorem reddendi.

V. fol. 144. *Congeries Textuum biblicorum ad informandos Sermones de Sanctis per anni decursum*, ita tamen, ut prima *Congeries* fit pro *Festo Pentecostes*.

VI. fol. 154. *Incipit rota in medio rote*. In *Elencho* *Codici* praevio additur: *et sunt figure veteris testamenti ad diuersas materias*. Verum nec istud quidquam

docet, nisi noris, *diuersas* has *materias* esse totam *Historiam evangelicam* inde ab *annuntiatione dominica et conceptione* usque ad *Judicium uiuorum et mortuorum*. Haec igitur *Allegoriis* e V. T. depromptis in usum *Concionatorum* illustratur, adiecta *mantiffae loco Doctrina de VII. Sacramentis Ecclesiae*.

VII. fol. 160. *Summa Magistri Johannis belet de ecclesiastico officio*. *Manu vetustiore* Sec. XIII. Init: *In primitiva ecclesia prohibitum erat &c*. Aliud Exemplar jam Vol. I. P. III. col. 2873. retuli; neque praesens istud minus variat ab *Editis*, ita v. g. in *Edit Diling. 1572. 8. min.* deest *Caput integrum de VII. Dormientibus*, quod nobis fol. 208. p. 2. legitur; ita ad *Caput de S. Martino* fol. 213. nobis additur: *Cappam eius post mortem reges francorum consueuerunt portare in prelijs. Unde ipsi custodes ab ipsa dicti sunt Capellani*. Sunt vero etiam non pauca in *Editione*, quae desiderantur in *Codice*, ut nihil dicam de *elocutionis differentia*, quae omnia *Librariorum* in *transcribendo licentiae imputanda* censeo.

CCLV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 334r

XIV. Folior. 99. 8. per duas columnas probe scriptus, et minio distinctus, hoc titulo est: *Incipit byblia beate virginis Marie*. Titulus puta e sacris Literis ordine Librorum illi adcommodatos, nonnunquam non sine pia quadam vio-